

**www.e-rara.ch**

**In postremos tres prophetas, nempe Hagaeum, Zachariam, & Malachiam,  
Commentarius Ioan. Oecolampadii**

**Ökolampadius, Johannes**

**[Basileae], [mense Ianuario anno 1527]**

**Universitätsbibliothek Basel**

Shelf Mark: KiAr J X 10:2

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-72549>

Ioan. Oecolampadius Christiano lectori, gratiam & pacem à Christo

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



Aulus noster Corinthijs scribens, prioribus esse tacendum, si  
 aſſidentibus reuclatur quippiam, documēto maxime pacifico,  
 & audiendi alios alacritatem commendat maioribus, & poſt  
 alios loquendi fiduciam facit minoribus. Proinde & nos uerſa  
 ti aliquandiu in lectione prophetarum, quū interpretando, fra-  
 tribus aliquid ſpiritualis doni aſſequuti uideamur, quod nunc, qualecunq; tan-  
 dem illud eſt, ut communicemus, urgent: haud grauatim illis obtemperamus,  
 certi hoc diuino charitatis iure, & illos efflagitare, & nos debere. Tametſi in-  
 terim, ut obiecerit fortaiſſis illuſor quiſpiā, nihil de ſublimitate reuelationū glo-  
 riemur, quo aliquid propterea exiſtimandi ſumus. Nō ignoramus, inſimū pro-  
 phetiæ genus eſſe huiusmodi interpretationes: quas tamē ſpiritus ſanctus, à quo  
 cuncta bona proficiſcuntur, nobis etiam indignis, in uſum eccleſiæ ſuæ, nunc  
 uberius, nunc parcius, prout uoluerit, impartitur. Quid igitur nobis arrogare  
 mus? quid inflaremur? Attamen nihilominus in illis etiam minutis confidimus  
 fore nonnulla, quorum rudiores, quibus ſcribimus, non pœniteat. Et ea iterum  
 non ſic magnificabimus, ut palmam inde nobis præ alijs uindicemus. Sed ut ſi-  
 denter loquimur in cœtu, ita & alios patienter audimus. Scripſimus poſt alio-  
 ſ, ſcribant poſt nos & alij, at que utinam longe meliora afferant, terſioraq; ac  
 ſanctiora, quæ facile poterint. Nobis enim minus uirium & ocij ſuppetit, quàm  
 tantorum prophetarum requirit dignitas, ut ad unguem ſingula expolientur.  
 Hebraiſmos alius latinis tropis referat diſertius: uel hiftoriam obſcurius pro-  
 poſitam, apertius eloquatur, atq; adeo acu tangat: uel allegorias inuolutiores  
 ſyncerius explicet: digrediatuſ alius ſpacioſius, taxet tempeſtatis noſtræ ſcele-  
 ra feruentius, commendet miſericordiam quæ in Chriſto ſuauius: quæ effuſius  
 dicta, in compendium contrahat arctius, & uarias diuitias ſpiritualis mentis  
 oſtendet: non inuideo. Habeant ſinguli mea pace prophetandi locū, cedo libens.  
 Reſtent amice, ſicubi erratum: uiuidius tradant, quod aridius doctum eſt: tan-  
 tum pax conſtet, & iuxta præceptum Chriſti, charitas ſeruetur in omnibus.

Quod idcirco præſamur, eo quod moleſtiſſimi obtrectatores, tantū non ab offi-  
 cijs iam pridem reuocaffent, ſi tam ab illis penderemus, quàm quid pij alij à no-  
 bis expectant, perpenderemus. Palam eſt, quantū in alijs cauſis (quas tamē nul-  
 la conſcientia præterire licebat, niſi ad craſſiſſimos errores, & manifeſtaria ſce-  
 lera cōnuere noluiſſemus) in nos debacchantur ij, quos pro amicis & ſpiritua

libus habebamus nō ita pridem. Ab his probra, anathemata, fulmina, & quæcunq; auditu dura, pro opimis spolijs nostræ synceritatis reportamus: & ut nihil omittant, ubi nos omnifarijs criminibus innocentes traduxerint, & apud suos maxime reos fecerint, cauent, ne defensiones nostræ uel audiantur, uel conspiciantur. O æquitatem, o fraternitatem. Quid in his boni consulent? Si recta loquimur, superuacanea erunt: si alicubi labimur, uel etiam typographo dormitante, inexpiabiliter peccatum erit. Superbia illis erit, recte loquutum esse: inscitia, prudenter tacuisse. Loqui uolent, ubi silendum: silere uero, ubi loquendum. Vbiq; reperient, quo genuinum exerceant. Non mirum si postrema prioribus erunt deteriora, si sic pergitur in ecclesia dei. Viderint ipsi, qui negotium nobis faciunt, quam ob causam, & quo iure. Iudicent, non deprecamur. At si fraternum animum exuerint, & odio fuerint excæcati, quomodo ad iudicandū idonei erunt? Certe maleuolentiam hic taxare nō poterint, nec habebunt quod obijciant nobis, tanquam orthodoxæ fidei, charitatiq; aduersum. Quæ quum salua sunt, condonabilia utiq; sunt, quæ pater misericordiarū suis non imputat.

Ceterū sinendi sunt illi, ut maledicant, ita exercente nos domino, nostrum erit ferre illos & benefaciendo non defatigari, scientes affore diem alium ualde clarum, quo omnia omnium bene maleq; gesta excutientur. Fratribus itaq; lucubrationes illæ datæ sunt. Alios oro, ut tales se in aliorū libris censes gerant, quales sibi, quum maleuoli non sunt, obuenire in suis uelint: id quod & mihi curæ erit. Vale.

INDEX